

Extracts from Shrewsbury coroners' inquests 1295-1306 SA 3365/2689

Johannes Dugyn de Castro forieta Salopie indictatus fuit in magna Curia ville Salopie per xij Juratores eo quod furavit tria quarteria Brasii frumentalis Thorali Gunne que fuit uxor Willelmi Hagerwas Salopie noctanter & asportavit & postea fugit Idem Johannes indictatus fuit coram Ricardo de Harleye tunc vicecomite Salopie apud Acton Burnel per inquisitionem ibidem factam per xij Juratores Hundredi de Conedovere qui dixerunt quod predictus Johannes Dugyn & alii malefactores ignoti robiaverunt Ricardum de Aldefeld de bonis & catallis suis ad valenciam sexaginta solidorum Et post ea Idem Johannes rediit noctanter apud forietam Castri Salopie & Ballivi eiusdem ville hoc percipientes per – ad predictum Johannem & ipsum ceperunt tanquam latrocinium prius bis indictatum & duxerunt eum ad prisonam ville Salopie & ibi fuit detentus usque ad diem martis in festo sancti Dionisii anno Tricesimo Quo die Idem Johannes Dugyn fregit prisonam predictam et exiit circa horam ignitegii & obiavit cuidam garcioni qui vocatur Ricardus de Clone quiquidem Ricardus statim levavit hutesium super predictum Johannem Dugin pro fractione prisone predictae ad quod hutesium levatum venit Johannes lawe custos prisone predictae & vidit predictum Johannem a prisona predicta evasum & fugientem sequebatur post eum cum hutesio & infugiendo amputavit capud eius.

John Dugyn of Castle Foregate of Shrewsbury was indicted in the great court of the town of Shrewsbury by 12 jurors because he stole three quarters of wheat malt in the malt kiln of Gunna who was the wife of William Hagerwas by night and carried [it] away and afterwards fled. The same John was indicted before Richard of Harley, then sheriff of Shropshire at Acton Burnell, by an inquisition made there by 12 jurors of the hundred of Conover who said that the said John Dugyn and other malefactors unknown robbed Richard of Aldfield of goods and chattles to the value of sixty shillings; And after this the said John returned to Castle Foregate by night and the bailiffs of the said town perceiving it went after the said John and captured him as a thief previously twice indicted and took him to the prison of the town of Shrewsbury and he was detained there until Tuesday the feast of St Denis in the thirtieth year [9 October 1302]. On which day the said John Dugyn broke out of the said prison and went out at about the hour of curfew and met a certain lad who is called Richard of Clun, the which Richard at once raised the hue and cry upon the said John Dugyn for breaking out of the said prison, at which hue and cry raised John Lawe, the keeper of the said prison came, and saw the said John escaped from the said prison and fleeing followed after him with the hue and cry and in pursuing cut off his head.

Presentatum est per xij Juratores & per vicos de Hagemonestret Balliva alto vico & Waxchere qui dicunt quod contigit die veneris proximo ante festum apostolorum Symonis & Jude anno Tricesimo quod Johannes de Lastres Capellanus & mauricius de Glovernia indictati fuerunt coram Ricardo de Harleye tunc vicecomite Salopie & capti fuerunt pro pluribus latrociniiis & conducti ad prisonam Castri Salopie & dictam prisonam noctanter fregerunt & evaserunt extra predictum Castrum & Nicholaus de Wylileye Constabularius Castri predicti hoc percipiens prosecutus est eos usque ad libertatem ville Salopie & infugiendo occidit predictos Johannem & mauricium tanquam felones domini Regis sepulti per Johannem Russel Coronatorem

It is presented by the 12 jurors and by the neighbourhoods of Hagemon Street, Balliva, the High Street and the Waxchere who said that it happened on Friday next before the feast of the apostles St Simon and St Jude in the thirtieth year [26 October 1302] that John of Lastres, chaplain, and Morris of Glovernia were indicted before Richard of Harley, then sheriff, and were apprehended for many larcenies and were taken to the prison of the castle of Shrewsbury and by night they broke out of the said prison and escaped out of the said castle and Nicholas of Willey constable of the said castle seeing this pursued them as far as the liberty of the town of Shrewsbury and in pursuing killed the said John and Morris as felons of the lord king. Buried by John Russell coroner.

Abjuratio

Willelmus filius Johannis del thoke qui captus fuit pro morte Johannis Seys de Chyrk & imprisonatus in Castro Salopie & fregit dictam prisonam & fugit ad Ecclesiam beate marie Salopie die veneris proximo ante festum apostolorum Symonis & Jude anno Tricesimo & moram fecit ibidem per x dies recognovit se occidisse predictum Johannem Seys coram Johanne Russel Coronatore abjuravit Regnum & datus fuit ei portus apud Dovere

Abjuration

William son of John of the Oak who was apprehended for the death of John Seys of Chirk and imprisoned in the castle of Shrewsbury and broke out of the said prison and fled to the church of the Blessed Mary of Shrewsbury on Friday next before the feast of the apostles St Simon and St Jude in the thirtieth year [26 October 1302] and stayed there for 10 days, acknowledged before John Russell, coroner, that he had killed the said John Seys. He abjured the realm and the port at Dover was assigned to him.

Anno Tricesimo primo

Presentatum est per xij Juratores & per vicos de ffrankeville mardesole Romaldesham & Schoteplace qui dicunt quod contigit die dominica proxima ante Purificationis beate marie anno Tricesimo primo quod Walterus Dalloc de Salopia obiavit Waltero le Chalonnere super pontem sancti Georgii Salopie circa horam ignitegrii mota contencione inter eos Ita quod dictus Walterus Dalloc percussit dictum Walterum le Chalonnere cum quodam cultello in gutture & statim Walterus le Chalonnere obiit & Walterus Dalloc statim fugit Willelmus pater dicti Walteri le Chalonnere primo invenit eum levavit clameum sepultus per Thomam Colle Coronatorem ville Salopie plegii Inventoris Lewelinus le Peyntur & Willelmus de Grafton fugitorius nulla habuit catalla

In the thirty-first year

It is presented by 12 jurors and by the neighbourhoods of Frankwell, Mardol, Romaldesham and Shoplatch who say that it happened on Sunday next before the Purification of the Blessed Mary in the thirty-first year [28 January 1302/3] that Walter Dalloc of Shrewsbury met Walter the Chaloner on the bridge of St George of Shrewsbury about the hour of curfew a disagreement arose between them in so much as the said Walter Dalloc struck the said Walter the Chaloner with a certain knife in the throat and at once Walter the Chaloner died and Walter Dalloc immediately fled. William, father of the said Walter the Chaloner, first found him. He levied the hue and cry. Buried by Thomas Colle, coroner of the town of Shrewsbury. Sureties of the finder Llewelin the Painter and William of Grafton. The fugitive had no chattels.

Presentatum est per xij Juratores & per vicos de mardesole Romaldesham Gombestallestret & Schoteplace qui dicunt quod contigit die Sabbati proximo ante festum assumptionis beate marie anno Tricesimo primo quod Isolda uxor Warini le Celer de Salopia ivit ad Sabrinam apud Roshul ad se balniandum & per infectionem se submersit Thomas filius eius primo invenit eam levavit clameum visa & sepulta per Johannem Russel Coronatorem plegii Inventoris Alanus le Glover de Romaldsham & Ricardus le Blake

It is presented by 12 jurors and by the neighbourhoods of Mardol, Romaldesham, Gombestallstreet and Shoplatch who say that it happened on Saturday next before the feast of the Assumption of the Blessed Mary in the thirty-first year [11 August 1303] that Isolda the wife of Warin Celer of Shrewsbury went to the Severn at Roushill to bathe herself and by mischance was drowned. Thomas her son found her first. He raised the hue and cry. Seen and buried by John Russell coroner. Pledges of the finder Alan the Glover of Romaldsham and Richard the Black.

Presentatum est per xij Juratores & per vicos de Schoteplace Gombestallestret mardesole & Romaldesham qui dicunt quod contigit die Lune in festo sancti Alkmundi Regis anno regni regis Edwardi Tricesimo primo quod Johannes filius Henrici kylot de Salopia venit eundo in vico qui dicitur Cokabytestret hora meridiana & obiavit Willelmo Goth de Salopia Ita quod inter se certaverunt Ita quod predictus Johannes vulneravit predictum Willelmum Goth cum gladio suo in capite a parte sinistra & alias Idem Johannes vulneravit predictum Willelmum Goth cum predicto gladio in capite a parte dextra & statim Idem Johannes fugit per medium posternum que dicitur Seynte Chadde lode & dictus Willelmus Goch vixit per viij¹⁰ dies habuit jura Ecclesiastica & obiit & visus fuit per Thomam Colle & Johannem Russel coronatores ville Salopie & sepultus nullus Inventor quia habuit jura fugitorius nulla habuit Catalla infra libertatem ville Salopie

It is presented by 12 jurors and by the neighbourhoods of Shoplatch, Gombestallstreet, Mardol and Romaldesham who say that it happened on Monday the feast of Saint Alkmund the King in the thirty-first year of the reign of King Edward [1303] that John the son of Henry Kylot going along the street which is called Cokabyte Street at midday met William Goth of Shrewsbury in as much as an altercation took place. The said John wounded the said William Goth with his sword on the left side of his head and elsewhere. The said John wounded the said William Goth with the said sword on the right side of his head and at once the said John fled

by the middle postern which is called St Chad's Lode and the said William Goth lived for 8 days. He had the rights of the church and died and was seen by Thomas Colle and John Russell, coroners of the town of Shrewsbury, and buried. No finder because he had the last rites. The fugitive had no chattels within the liberty of Shrewsbury.

Anno Tricesimo secundo *Abjuratio*

Willelmus Godbert de Wolfstaneston qui indictatus fuit de morte Ade de Rokleye coram *Willelmo* Rondulf Coronatore per inquisitionem & captus fuit pro morte predicta & deliberatus fuit villate de madeleye ad ducendum ipsum ad prisonam Castris Salopie & cum duxerunt ipsum ad villam Salopie dictus *Willelmus* evasit a manibus eorum & fugit ad Ecclesiam beate marie Salopie & moram fecit ibidem per x dies recognovit se occidisse dictum Adam de Rokleye coram Thoma Colle Coronatore abjuravit Regnum coram dicto Coronatore die Jovis in Septimana Pentecoste anno Tricesimo secundo & datus fuit ei portus apud Dovere & nulla habuit Catalla infra libertatem ville Salopie

William Godbert of Wolstanton who was indicted of the death of Adam of Ruckley before William Rondulph, coroner, by inquisition and was apprehended for the said death and was delivered to the village of Madeley for taking to the prison of Shrewsbury castle and when they led him to the town of Shrewsbury the said William escaped from their hands and fled to the church of St Mary of Shrewsbury and stayed there for 10 days, he admitted that he killed the said Adam of Ruckley before Thomas Colle coroner, abjured the realm before the said coroner on Thursday in the week of Pentecost in the thirty-second year [21 May 1304] and the port at Dover was assigned to him, and he had no chattels within the liberty of the town of Salop

Presentatum est per villatas de Schelton Neuton Egebaldenham & per vicum de ffrankevile qui dicunt quod contigit die Lune proximo post festum sancte Trinitatis anno Tricesimo secundo quod David Benbras de Wenhamton venit noctanter deversus Salopiam versus Wenhamton & cum pervenit in Campo de Schelton cecidit in quadam marlera & submersus fuit Wentlyan uxor eius primo invenit eum levavit clameum sepultus per Thomam Coronatorem plegii Inventoris Rondulphus de Schelton & *Willelmus* Borrey de Salopia

It is presented by the townships of Shelton, Newton, Edgboldon and by the neighbourhood of Frankwell who say that it happened on Monday next after the feast of the Holy Trinity in the thirty-second year [25 May 1304] that David Benbras of Wenhamton came by night from Shrewsbury to Wenhamton and when he reached the field of Shelton he fell into a certain marl pit and was drowned. Wentlyan his wife first found him. He raised the hue and cry. Buried by Thomas the coroner. Sureties of the finder Randle of Shelton and William Borrey of Shrewsbury.

Abjuratio

Thareford vaghan de Egardeleye qui indictatus fuit de Burgaria domus Thome de Hynton fugit ad Ecclesiam beate marie Salopie & moram fuit ibidem per xxx dies recognovit se esse latrocinatorem de Burgaria domus predictae coram Thoma Colle Coronatore abjuravit regnum die Jovis proximo post festum sancte Trinitatis anno Tricesimo secundo & datus fuit ei portus apud Dovere ffugitorius habuit Catalla unum affrum precii dimidie marce tradita villate de Salopia unum gladium precii xij^d & unum Cultellum precii oboli quos quidem Johannes de Colushull procurator domini Decani Ecclesie beate marie predictae penes se detinet & non curat dictos gladium & cultellum Coronatoribus ville predictae reddere

Yareford Vaughan of Egardley who was indicted for a burglary of the house of Thomas of Hinton fled to the church of the Blessed Mary of Shrewsbury and stayed there for 30 days, admitted himself to be the thief of the burglary of the said house before Thomas Colle the coroner; he abjured the realm on Thursday next after the feast of the Holy Trinity [28 May 1304] and the port at Dover was assigned to him. The fugitive had chattles: an affer of the price half a mark taken to the town of Shrewsbury, a sword of the price of 12d and a knife of the price of a half-penny which a certain John of Coleshill, proctor of the lord dean of the said church of the Blessed Mary keeps himself and does not take care to render the said sword and knife to the coroners of the said town.

Ricardus Balle de magna Wenloke indictatus fuit in Curia de Wenloke de morte Ricardi de Harleye in Wenloke qui captus fuit & deliberatus Willelmo de la Hulle de Wenloke & Willelmo de Betton in Wenloke ad ducendum predictum Ricardum Balle ad prisonam Castri Salopie & cum duxerunt ipsum usque ad pontem qui dicitur Stannenbrugge in Salopia die sancti Barnabe apostoli anno Tricesimo secundo dictus Ricardus Balle gratis cecidit de dicto ponte in Sabrina & se submersit Willelmus de la Hulle de Wenloke primo invenit eum levavit clameum sepultus per Johannem Russel Coronatorem plegii Inventoris Ricardus de Colham & Willelmus faber de eadem

Richard Ball of Much Wenlock was indicted in the court of Wenlock of the death of Richard of Harley in Wenlock who was apprehended and handed over to William of the Hill of Wenlock and William Betton in Wenlock to bring the said Richard Ball to the prison of the castle of Shrewsbury and when they brought him as far as the bridge which is called the Stone Bridge in Shrewsbury on the day of St Barnabas the Apostle in the thirty-second year [11 June 1304] he for no reason fell from the said bridge into the Severn and was drowned. William of the Hill of Wenlock found him first. He raised the hue and cry. Buried by John Russell the coroner. Sureties of the finder Richard of Coleham and William Smith of the same.

Presentatum est per xij Juratores & per vicos de Gombestallestret Wyla Bispestanes & Doggepole qui dicunt quod contigit die dominica proxima ante assumptionem beate marie anno Tricesimo secundo quod Elyas Wolveseye de Comitatu Staffordie & Ricardus de Ruston inter se certaverunt Ita quod dictus Elyas Wlneravit dictum Ricardum cum cultello suo in corpore & statim fugit & dictus Ricardus vixit per sex dies & obiit habuit iura Ecclesiastica sepultus per Johannem Coton Coronatorem nullus Inventor quia habuit iura fugatorius nulla habuit catalla

It is presented by the 12 jurors and by the neighbourhoods of Gomberstall Street, the Wyle, Bispestanes and Dogpole who say that it happened on Sunday next before the Assumption of the Blessed Mary in the thirty-second year [9 August 1304] that Elias Wolveseye of the county of Stafford and Richard of Ruston quarrelled among themselves, in so much as the said Elias wounded the said Richard with his knife in the body and at once fled, and the said Richard lived for six days and died. He had the rites of the church; buried by John Coton coroner; no finder because he had the last rites; the fugitive had no chattels.

anno Tricesimo quarto

Presentatum est per xij Juratores & per vicos videlicet Wylam Gombestallestret Candelanestret & Dogepol qui dicunt quod contigit die dominica proxima post festum sancti Hillarii anno regni regis Edwardi Tricesimo quarto quod Isolda filia Thome fabri de Neuport & Alicia filia Henrici le Harper simul venerunt de domo que vocatur le Straungehalle Ita quod contentio mota erat inter eos Ita quod dicta Isolda percussit dictam Aliciam sub mamilla Sinistra cum quodam cultello & statim dicta Isolda fugit & dicta Alicia vixit per xij dies habuit iura ecclesiastica & obiit visa fuit per Thomam Colle Coronatorem dicta Isolda nulla habuit catalla nullus Inventor quia habuit iura

It is presented by 12 jurors and by the neighbourhoods, to wit Wyle, Gombestall Street, Candle Lane Street and Dogpole who say that it happened on Sunday next after the feast of St Hillary in the thirty-fourth year of the reign of King Edward [16 January 1306] that Isolda daughter of Thomas Smith of Newport and Alice daughter of Henry the Harper came together from the house which is called Strange Hall, insomuch as an altercation arose between them; the said Isolda struck the said Alice under her left breast with a certain knife and at once the said Isolda fled and the said Alice lived for 12 days. She had the rites of the church and died. She was seen by Thomas Colle coroner. The said Isolda had no goods. No finder because she had the last rites.

Presentatum est per iuratores & per vicos scilicet mardesole Gombestallestret Romaldesham & Schoteplace qui dicunt quod contigit die mercurii proximo post festum sancti Ambrosii anno regni regis Edwardi Tricesimo quarto quod contentio mota erat inter Thomam filium Willelmi de Clone & Henricum filium Alani Haymon Ita quod dictus Thomas traxit cultellum suum & Reginaldus frater dicti Thome percussit Thomam fratrem suum causa castigationis & dictus Henricus percussit dictum Reginaldum cum cultello suo in dextra Costa & statim fugit & dictus Reginaldus vixit per sexdecim dies & obiit Habuit iura Ecclesiastica & Ideo nullus Inventor visus fuit per Thomam Colle Coronatorem fugatorius nulla habuit catalla

It is presented by the jurors and by the neighbourhoods, to wit Mardol, Gombestall Street, Romaldesham and Shoplatch that it happened on Wednesday next after the feast of St Ambrose in the thirty-fourth year of the reign of King Edward [6 April 1306] that a disagreement arose between Thomas son of William of Clun and Henry son of Alan Haymon insomuch the said Thomas drew his knife and Reginald, brother of the said Thomas, struck Thomas his brother by way of correction, and the said Henry struck the said Reginald with his knife in the right rib (side) and at once fled, and the said Reginald lived for sixteen days and died. He had the rites of the church and therefore no finder. He was seen by Thomas Colle the coroner. The fugitive had no goods.

Inquisitio facta de bonis & catallis Johannis Kylot suspensi ac etiam terris & tenementis eiusdem Johannis Kylot inventis infra libertatem ville Salopie die Sabbati proximo post festum apostolorum Petri & Pauli anno regni regis Edwardi Tricesimo quarto per xij Juratores qui dicunt per eorum sacramentum quod Idem Johannes habuit Carentivillum precii ij^s ferrum precii ij^d unum saccum precii ij^d meremium precii iij^s viij^d unum Equum precii xij^s unam Ceruram precii ij^d unam Scalam precii iij^d duas mappas precii xl^d duo linchiamma precii vj^d quatuor manutergia precii x^d unum plumale cum serviculo precii xvij^d unam Cofram precii iij^s traditis villate Salopie Summa xxvij^s vij^d unde – Regis de x^s ij^d

Item predicti Juratores dicunt quod Idem Johannes habuit unum mesuagium apud le Stalles in Salopia quod valet per annum x^s & duas Schoppas ibidem apud le Stalles que valent per annum ij^s vj^d

Item Ricardus Tupet tenet unum mesuagium cum pertinenciis in Castro forieta Salopie de eodem Johanne ad feodi firmam pro ij^s & vj^d per annum scilicet medietatem ad festum sancti michaelis & aliam medietatem ad festum beate marie in marco

Item Johannes de Harlescote tenet unum Curtilagium de eodem Johanne pro ij^s per annum videlicet medietatem ad festum sancti michaelis & aliam medietatem ad festum beate marie in marco

Item Rogerus le villeyne de Salopia tenet de eodem Johanne unam dimidiam acram terre iuxta viam que ducit versus Schardewallemore pro iij^d per annum ad festum sancti michaelis

An inquest made of the goods and chattles of John Kylot hanged and also of the lands and tenements of the said John Kylot found within the liberty of the town of Shrewsbury on Saturday next after the feast of the Apostles Peter and Paul in the thirty-fourth year of the reign of King Edward [2 July 1306] by 12 jurors who say on their oath that the said John had a canvas bedsheet of the price of 2s, iron of the price of 2d, a sack of the price of 2d, timber of the price of 3s 8d, a horse of the price of 12s, a lock of the price of 2d, a ladder of the price of 3d, two table cloths of the price of 40d, two linen sheets of the price of 6d, four towels of the price of 10d, a featherbed with a bolster of the price of 18d, a coffer of the price of 3s conveyed to the town of Shrewsbury. Sum 27s 7d Whence – of the king 10s 3d.

Also the said jurors say that the said John had a messuage at the stalls in Shrewsbury which is worth 10s a year and two shops there at the stalls which are worth 2s 6d a year.

Also Richard Tupet holds a messuage with appurtenances in Castle Foregate in Shrewsbury from the said John at fee farm for 2s 6d, to wit half at the feast of St Michael and the other half at the feast of the Blessed Mary in March.

Also John of Harlescote holds a garden from the said John for 2s a year, to wit half at the feast of St Michael and the other half at the feast of the Blessed Mary in March.

Also Roger the Villein of Shrewsbury holds from the said John half an acre of land near the road which leads towards Shardwall Moor for 4d a year at the feast of St Michael.

Abjuratio

Willelmus filius Rogeri de Stanwordin in le feld qui fugit ad Ecclesiam de moele Bracy pro diversis latrociniiis die Lune proximo post festum Translationis sancti Thome martiris anno regni regis Edwardi Tricesimo quarto cognovit se esse latrocinem & fregisse domum Joce de parva Boulewas & nequiter asportasse bona dicte Joce & abjuravit Regnum coram Johanne Russel Coronatore die Lune proximo ante festum sancte margarete anno supradicto & datus fuit portus ei apud dovere

William the son of Roger of Stanwardine in the Fields who fled to the church of Meole Brace for various thefts on Monday next after the feast of St Thomas the Martyr in the thirty-fourth year of the reign of King Edward [4 July 1306] acknowledged himself to be a thief and broke into the house of Joyce of Little Buildwas and wickedly took away the goods of the said Joyce and abjured the realm before John Russell the coroner on Monday next before the feast of St Margaret in the year abovesaid [18 July 1306] and the port at Dover was given him.

Catalla

Catalla Nicholai le ken felonis suspensi inventa in domo magistri militie templi in Anglia in Salopia die Jovis proximo post festum sancte margarete anno regni regis Edwardi Tricesimo quarto scilicet unum Equum precii viij^s tres porcos precii v^s unam Coffram precii iij^d vj parva quarteria & ij busellos brasei frumenti precii quarterii ij^s unam mappam precii iij^d v quarteria avenarum precii quarterii xvj^d unum urciolum precii ij^s unum Cacabum precii xx^d unam formulam ligniam precii oboli Carbones precii vj^d & ibidem posita in defenso ex parte domini Regis

The goods of Nicholas le Ken felon hanged found in the house of the master of the knights of the Temple in England in Shrewsbury on Thursday next after the feast of St Margaret in the thirty-fourth year of King Edward [21 July 1306], to wit a horse of the price of 8s; three pigs of the price of 5s; a coffer of the price of 4d; 6 small quarters and 2 bushels of wheat malt, the price a quarter 2s; a table cloth of the price of 3d; 5 quarters of oats, the price of a quarter 16d; a ewer of the price of 2s; a cooking pot of the price of 20d; a little wooden form of the price of a halfpenny; coals of the price of 6d and these placed in forfeiture on behalf of the lord king.

Presentatum per xij Juratores & per villatas scilicet Schelton ffrankevile Neuton & Edgebaldenham qui dicunt quod contigit die veneris proximo post festum sancti Jacobi apostoli anno regni regis Edwardi Tricesimo quarto quod Ricardus filius Ricardi de Bykedon de Ondeslowe fuit in quadam marlera in Campo de Schelton & cum amputass' marleram terra oppressit eum Ita quod statim obiit Elianora mater eius primo invenit eum levavit clameum visus fuit per Thomam Colle Coronatorem plegii Inventoris Peter de Ondeslowe & Ricardus de Ondeslowe filii Stephani de Schelton

It is presented by the 12 jurors and by the neighbourhoods, to wit Shelton, Frankwell, Newton and Edgbaldon who say that it happened on Friday next after the feast of St James the Apostle in the thirty-fourth year of the reign of King Edward [29 July 1306] that Richard son of Richard of Bicton of Ondlow was in a certain marl pit in the field of Shelton and while cutting marl the soil crushed him so that he at once died. Eleanor his mother found him first. He raised the hue and cry. He was seen by Thomas Colle, the coroner. Sureties of the finder Peter of Onslow and Richard of Onslow, sons of Stephen of Shelton.

Presentatum est per xij Juratores & per vicos videlicet Gombestallestret Wylam Seyntechaddestret & Candelanestret qui dicunt quod Rogerus Wythed & Johannes filius Thome Baldwin venerunt in Gombestallestret paululum ante ignitegrii die sancti Bartholomei apostoli anno regni regis Edwardi Tricesimo quarto Ita quod contentio mota erat inter eos & dictus Rogerus insultavit dictum Johannem & dictus Johannes fugit & Rogavit pacem domini Regis & in fugiendo dictus Rogerus Wlneravit dictum Johannem cum cultello suo ter in dorso & semel in sinistro brachio & dictus Johannes se in defendendo repercutit dictum Rogerum cum cultello suo super mamillam sinistram unde statim obiit Rogerus de Hasley primo invenit eum levavit clamorem visus fuit per Thomam Colle Coronatorem plegii Inventoris Willelmus Godzor & Radulphus de Colbeley & dictus Johannes fugit ad Ecclesiam beate marie Salopie

It is presented by 12 jurors and by the neighbourhoods, to wit Gombestall Street, Wyle, St Chad's Street and Candlelane Street who say that Roger Whitehead and John son of Thomas Baldwin came into Gombestall Street a little before curfew on the day of St Bartholomew the Apostle in the thirty-fourth year of the reign of King Edward [24 August 1306] when there arose a dispute between them and the said Roger attacked the said John, and the said John fled and begged the peace of the lord king, and while fleeing the said Roger wounded the said John with his knife three times on the back and once on the left arm, and the said John in defending himself struck back the said Roger with his knife on the left breast whereof he at once died. Roger of Hasley first found him. He raised the hue and cry. He was seen by Thomas Colle, the coroner. Sureties of the finder William Godzor and Ralph of Colbeley and the said John fled to the church of the Blessed Mary of Shrewsbury.

Presentatum est per xij Juratores & per vicos de ffrankevile mardesol & Romaldesham & Schoteplace qui dicunt quod contigit die Jovis proximo post festum sancti mathei apostoli anno regni regis Edwardi Tricesimo quarto quod Walterus serviens Johannis de Cardigan de Carnarvnan venit & fugavit unum equum oneratum cum

xxv lagonis mellis in uno sacco de Coreo & dictus equus intravit aquam Sabrine iuxta pontem sancti Georgii in suburbio Salopie circa horam vespertinam Ita quod dictus equus cepit mergi & dictus Walterus intravit dictam aquam & voluit adiuvere dictum equum & statim ambo submerserunt Willelmus de Carnarvnan primo invenit eum levavit clameum visus fuit per Thomam Colle Coronatorem precium mellis sacci Selle & pellis equi x^s vj^d traditi etc plegii Inventoris Willelmus le Tianut de Salopia & Johannes le Tippere

It is presented by 12 jurors and by the neighbourhoods of Frankwell, Mardol, Romaldesham and Shoplatch who say that it happened on Thursday next after the feast of St Matthew the Apostle in the thirty-fourth year of the reign of King Edward [22 September 1306] that Walter, servant of John Cardigan of Caernavon came and drove a horse loaded with 25 gallons on honey in a sack of leather, and the said horse entered the water of the Severn near the bridge of St George in the suburbs of Shrewsbury about the hour of evening insomuch as the said horse began to drown and the said Walter entered the said water and wished to help the said horse and at once both drowned. William of Caernavon first found him. He raised the hue and cry. He was seen by Thomas Colle, coroner. The price of the honey, the sack, saddle and the skin of the horse 10s 6d handed over etc. Sureties of the finder William the Tianut of Shrewsbury and John the Tipper

abjuratio

Johannes filius Thome Baldwin de Salopia qui fugit ad Ecclesiam beate marie Salopie pro morte Rogeri Wythed & moram fecit ibidem per quatuor septimanas & duos dies cognovit se occidisse dictum Rogerum coram Johanne Russel Coronatore & abjuravit regnum die veneris proximo post festum sancti mathei apostoli anno regni regis Edwardi Tricesimo quarto & datus fuit ei portus apud Dovere etc

Abjuration

John son of Thomas Baldwin of Shrewsbury, who fled to the church of the Blessed Mary of Shrewsbury on account of the death of Roger Whitehead and stayed there for four weeks and two days, admitted that he had killed the said Roger before John Russell, the coroner, and abjured the realm on Friday next after the feast of St Matthew the Apostle in the thirty-fourth year of the reign of King Edward [23 September 1306] and the port at Dover was assigned to him.

Catalla

Catalla dicti Johannis felonis videlicet de caulis in Curtilagio cressentibus j^d Item una gallina cum novem pullis precii ij^d Item quatuor garbas ordeï precii j^d unum purcellum precii iiiij^d unam ollam plumbi precii ij^d unam Cistam cum quodam plumale precii iiiij^d buscam precii j^d unam Cunam precii ij^d unam libram & linum precii j^d unam Tinam precii j^d xij pelles de bidentibus precii xvij Tres libras lane precii iiiij^d

Chattels

Chattels of the said John the felon, to wit from cauliflowers growing on the backside 1d; also a hen with nine chicks of the price of 3d; also four sheaves of barley of the price of 1d; a piglet of the price of 4d; a bowl of lead of the price of 2d; a chest with a certain pillow of the price of 4d; wood of the price of 1d; a cradle of the price of 2d; a pound and flax of the price of 1d; a tub of the price of 1d; 12 sheep skins of the price of 18 – [blank]; three pounds of wool of the price of 4d.

Ludlow coroners' inquests SA LB/12/1

1 Thomas Tushingham

Inquisitio Indentata Capta apud ludlow in Comitatu Salopie sexto die maii anno Regni domine nostre Elizabethae dei gratia anglie ffrancie et Hibernie Regine fidei deffensoris etc nono Coram Thoma Wheler generoso Coronatore dicte domine Regine ville sue de ludlow *predict'* et *precinctus libertatis eiusdem ville super visum* Corporis Thome Tushingham nuper de ludlow *predict'* in Comitatu Salopie *predicto* cordiner Iacentis mortui et interfecti *per sacrum* Thome ffranke Henrici Clebury Thome Warde Stephani knight Willelmi pachett Willelmi Browne Ricardi fferne Thome alsapp Georgii Sothern Johannis babb Ricardi Heyton Cadewallator ap Edward et Ricardi Crosse Qui *super eorum sacrum* dicunt & presentant quod Andreas Sonybanke nuper de ludlow in Comitatu Salopie goldsmyth vicesimo quinto die aprilis anno Regni domine nostre Elizabethae dei gratia anglie ffrancie et Hibernie Regine fidei deffensoris etc nono apud ludlowiam *predictam* in quodam prato *ibidem* vocato the Castell meadow in presencia diversorum fidelium subditorum dicte domine Regine sagitans fuit apud quoddam signum *ibidem* vocatum a twelve skore pryke et habens in manibus suis unum arcum et unam sagittam vocata a bowe and a pryke shafte *predictus* Thomas Tushingham prope signum *predictum* vocatum the pryke ad tunc & *ibidem* stantem nec videns neque ? *predictum* Andream ad eundem signum sagittantem super frontem eiusdem Thome Tushingham cum *predicta* sagitta ad tunc & *ibidem* ex infortuno percussit dans ei quandam plagam mortalem *Continentem* dimidium unius dodrantis in longitudine de quaquidem plaga mortali idem Thomas Tushingham a *predicto* xxv¹⁰ die aprilis anno Regni *predicto* domine Regine Elizabethae nono usque ad quintum diem die mai extunc *proxime sequentem* languebat quoquidem quinto die maii anno Regni *predicte domine nostre* Regine Elizabethae nono idem Thomas Tushingham apud villam de ludlow *predict'* in Comitatu *predicto* circa horam quartam post meridiem eiusdem diei ex plaga *predicta* obiit et sic *predictus* Andreas Sonibanke *prefatum* Thomam Tushingham modo et forma *predictis* felonice interfecit contra pacem dicte Regine Coronam et dignitatem suas In Cuius Rei Testimonium uni parti huius inquisitionis cum *predicto* Coronatore Remanenti Sigilla Juratorum *predictorum* est appensa altero vero parti istius Inquisitionis cum Juratoribus *predictis* remanenti Sigilla Coronatoris *predicti* est appensa Data die anno & loco *supradictis*

